FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS ...

**La Sengle, Claude de**

**Romae, 1556**

DE DIVINIS REBVS COlendis.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200**

Visual Library

## DE DIVINIS REBVS COlendis.

### Conſuetudo.

1.  Rimum et præcipuum Religioſi hominis officiũ eſt, toto animo ac mente Deum colere, rebus diuinis ac ſacris intendere. Ideo fratribus noſtris præcipimus et mãdamus, ut in primis res diuinas ac ſacras colant, & uenerentur: ut diuino auxilio adiuti fortius & fœlicius arma in Chriſti hoſtes expediant.

De Orationibus per frat. quotidie dicẽdis.

Conſuetudo.

Religionis noſtræ inſtitutores prudẽtiſſima ratione ſuaſi iniunxerunt, ut fratres noſtri milites & ſeruientes (qui orationi uacare tenentur, qua in Deum mens eleuatur) breuem orandi modum haberent: ut facile orationi, hoſpitalitati, & fidei tuitioni operã adhibere poſſent. Itaq; maiores noſtri hanc orandi conſuetudinem inſtituerunt, uidelicet, quòd omnes fratres ordinem noſtrũ profeſſi milites & ſeruientes ſingulis diebus ſimul aut horis diuerſis orationem Dominicam à Domino Ieſu Chriſto in lege Euangelica inſtitutam (quæ uulgo Pater noſter uocatur) centies quinquagies dicant. Qui numerus orationis Dominicæ datus cenſetur in cõpenſationem horarum Eccleſiaſticarum. Videlicet, pro matutinis diurnis, xiij. Pro matutinis horarum noſtræ Dominæ xiij. Pro prima hora xiij. Pro tertia xiiij. Pro meridie xiiij. Pro nona xiiij. Pro ueſperis xviij. Pro cõ 2.

plectorio xiiij. Pro quindecim pſalmis matuti norum xv. Pro uigilijs mortuorum xiiij. Pro ueſperis mortuorum vij. Hinc etiam laudabili conſuetudine, Apoſtolicoq; priuilegio inoleuit, ꝙ ſi alicui placuerit, & ocium dabitur, de beata Virgine uel de mortuis horas dicere, quòd horum alterum dicendo, ad eum numerum orationis Dominicæ nõ eſt obligatus. Fratres uerò ſacerdotes, diaconi, ſubdiaconi, & clerici ordinis noſtri ſecundum ſacratiſſimi Sepulchri Hieroſolymitani conſuetudinem officium canonicum pro gradu ſui ordinis ſuſcepti celebrare tenentur. Eam quoq; inſtitutionem à maioribus traditam inuiolabiliter ſeruari iubemus.

Hi ſunt dies in qbus frat. nrĩ ieiũare tenẽ.

Conſuetudo.

3. PRimum per totã Quadrageſimã à quarta feria Quinquageſimæ uſq; ad diem Paſchæ. Præterea in magna Letania, quæ fit in feſto ſancti Marci Euangeliſtæ, eo ipſo die: q

ſi inciderit infra octauã Paſchæ ieuniũ traſ-
fertur poſt octauã. Inſuper ĩ diebus Rogatio
num, quæ fiũt ante Aſcenſionẽ Domini, uideli
cet in ſecũda, tertia, et quarta ferijs. Itẽ in ui
gilia Pentecoſtes, et in hebdomada ſequẽti in
diebus quatuor tẽporũ. Et in alijs etiã diebus
quatuor tẽporũ. Nec non in uigilijs ſanctorũ
Ioannis Baptiſtæ, Petri et Pauli, & omnium
Apoſtolorũ. Laurentij Martyris, Aſſumptio-
nis, Conceptionis, Natiuitatis, Annuntiationis,
et Purificationis Beatæ Mariæ, omnium San
ctorum, & in uigilia natiuitatis Domini.

Conſuetudo.

FRatres ordinis noſtri tam milites q̃ ſer- 4.
uientes tenentur ter in anno Eucharistiæ
Sacramentũ recipere, uidelicet diebus Reſur
rectionis, Pentecoſtes, et Natiuitatis Domini.

De deſpropriamẽto et cõfeſſione faciẽda
per fratres, qui nauigia conſcendunt.

F. Philibertus de Nilliaco.

PRæcipimus omnibus ordinis noſtri fra- 5.

tribus, qui triremes aut nauigia conſcendũt, ut deuotam confeſſionem complere debeant, atq; deſpropriamentum conficere teneantur. Quod clauſum & ſigillatũ in manibus Prioris Eccleſiæ, ſeu eius uicegerẽtis deponatur. Qui hæc non compleuerit, pœna quarantenæ plectetur, & ſi frater conuentualis fuerit, ſtipendium unius anni perdat: Si Cõmendatarius, fructus unius anni commẽdæ amittat, Qui cõmuni noſtro ærario applicentur.

Cui confiteri debeant frat. ord. noſtri.

F. Hugo Reuel.

6. PRohibemus ne fratres ordĩs noſtri cuipiam Sacerdoti peccata ſua confiteantur: niſi eorum Priori, aut alicui Capellano ordinis noſtri: ſi eius copiam habuerint. Si uerò alteri confiteri uoluerint à Priore ſeu uice priore in Prioris abſentia id faciendi licencentiam petant.

De moderatione fratrum in celebratione diuinorum officiorum.

F. Antonius Fluuianus.

PRohibemus ne fratres noſtri, cum diuina 7.
celebrantur, cãcellum ſeu chorum intrẽt, nec altari adhæreant: ne ſacerdotibus ſacrũ officium celebrantibus impedimento ſint. Qui contra fecerit, quarantena puniatur.

Quòd frat. ſedeant, & procedant ſecũdum ordinem ancianitatis.

F. CLAVDIVS de la ſengle.

AD hoc adiũgimus, ut omnes fratres no- 8.
ſtri in Eccleſia & proceſſionibus ſecundum ordinem ancianitatis ſedeant & procedant. Quodq; nullus in ſedibus ſeu ſcamnis Priorum ſeu Baiuliuoruw, & locatenentium Baiuliuorum conuẽtualium in diuinis officijs locum capiat. Alioquì eadem pœna quarantenæ puniatur.

De Proceſſionibus faciendis.

Conſuetudo.

SVpplicationes ſeu proceſſiones ſolemnes, 9.
quæ fieri ſolẽt in eccleſijs Hoſpitalis, ſunt

hæ,uidelicet in feſtis Purificationis, et Aſſũptionis Beatæ uirginis Mariæ, Aſcenſionis Domini,Corporis Chriſti,Sancti ioãnis Baptiſtæ, et ad Infirmariã quolibet die Dominico.Præterea ſingulis diebus ueneris pro pace & ſedando terremotu.In alijs feſtis fieri nõ ſolent:niſi inciderint in diem Dominicum.

Quod fiant preces pro pace.

F. Philibertus de Nilliaco.

10. STatuimus per uniuerſas eccleſias et oratoria Religionis noſtræ pro pace preces fieri,in quibus hanc obſeruantiã teneri uolumus quòd presbyter, qui miſſam ſolemnẽ celebrabit,poſt orationem Dominicã flexis genibus ante altare preces Deo intonet.Quæ incipiũt: Lætatus &c. pro pace & tranquillitate Eccleſiæ Catholicæ, populi Chriſtiani, & ordinis Hieroſolymitani:quorum fauoribus,auxilijs, & emolumentis ſuſtentamur,atq; à Tyrannidis iugo defendimur.

Quod pro Magiſtro et ordĩe fiãt preces.

F. Petrus Daubuſſon.

STatuimus ut in ſingulis ordinis noſtri ec 11.
cleſijs, et oratorijs in uniuerſo orbe conſti-
tutis ſacerdotes diuina officia celebrantes in-
ter oratiões, quas deo offerũt, debeãt ſpecialẽ
memoriã habere, deuotáq; mẽte et uerbo ora
re pro Magiſtro, et fratrib. ordinis noſtri, ut
Deo auctore, diuino adiuti præſidio de fidei
Catholicæ hoſtibus ad laudẽ oĩpotentis Dei,
pro cuius fide et nomine pugnant, reportent
atq; conſequantur uictoriã: Magiſtrũq; et or
dinẽ cõſeruare diuina dignetur Maieſtas.

De orat. dicen. pro quolibet frat. defuncto.

Conſuetudo.

PRo quolibet fratre defuncto triginta miſ 12.
ſæ celebrẽtur. In prima fratres, q aderũt
cæreum accenſum, & denarium unũ offerãt
qui denarij pauperibus erogentur. Vnuſ-
quiſq; uerò capellanus miſſam celebret. Dia-
coni autem et ſubdiaconi pſalterium legant.
Milites & ſeruientes centies quinquagies

orationem Dominicam recitent, uel officium mortuorum pro deſuncti fratris anima ultra ordinarias orationes, quas ſingulis diebus dicere obligantur.

De miſſa pro deſunctis celebranda.

F. Hugo Reuel.

13. STatuimus quòd quotannis in feria ſecũda Quinquageſimæ per omnes ordinis noſtri eccleſias, in quibus ſacerdotes ſunt deputati, celebretur miſſa ſolemnis pro Magiſtris, & fratribus deſunctis. Pridie uerò huius diei, hoc eſt, Dominica ad ueſperam cantentur uigiliæ mortuorum.

F.Guillelmus de Villareto.

14. IN eo officio omnes fratres adeſſe uolumus & iubemus. In miſſa uerò ſinguli eorum cæreum & denarium unum offerant. Magiſter autem fratribus qui aderunt, gigliatum unum dare tenetur.

F.CLAVDIVS de la Sengle.

15. FRater uerò qui ad dictum officium ueni-

re neglexerit, ſeptenæ pœna puniatur.

De ordine ſeruando in celeb. miſſarũ,

F. Iacobus de Milly.

IN celebratione miſſarum hunc ordinẽ ſer 16.
uari uolumus, ut niſi cõpleta et finita una,
alia non inchoetur.

Conſuetudo.

IN ſingulis diebus Dominicis Aduentus, et 17.
per totam Quadrageſimam fiat ſermo uel
concio in Eccleſia noſtri conuentus.

F. Petrus de Corniliano.

STatuimus quòd qualibet ſexta feria legan 18.
tur nouem lectiones de ſancta Cruce in ec
cleſia noſtri ordinis: exceptis Aduentu Domi
ni, ſeptuageſima uſq; ad Penthecoſtem, et in
celebritatibus nouem lectionum, octauis feſto
rum, & uigilijs quatuor temporum.

F. Antonius Fluuianus.

PRohibemus quòd nullus frater ordinis no 19.
ſtri libros eccleſiaſticos eccleſiarum no-
ſtrarum, ſine mandato Prioris eccleſiæ emẽ-

dare, corrigere, aut quidpiam addere ſeu ſub trahere præſumat. Alioquì pœnam quarantenæ ſubeat.

F. Petrus Daubuſſon.

20. STatuimus ut fratres ſacerdotes pro iure trentenarij illas ueſtes fratrum deſunctorum habeant, quas habere ſoliti ſunt.

F. Iacobus de Milly.

21. DEputetur aliqs doctus uir, qui adoleſcẽtibus clericis quotidie legat, & eos latinas literas doceat: & alius qui eos in cantu inſtruat. Quibus congruum ſalarium & ſtipendium ab ærario aſſignetur.

De promotione cleriorũ ad ſacros ord.

F. Hugo Reuel.

22. PRohibemus ne aliquis frater, cuiuſcunq; conditionis fuerit, quempiam clericum ordinem noſtrum profeſſum ad ſacros ordines promoueri procuret: niſi præſentatum prius Priori eccleſiæ, & obtenta ab eo licentia. Quòdq; clerici in Hoſpitali promoueri non

poſſint

poſſint ad ſubdiaconatum donec xviij. ad diaconatum donec xxij. ad ſacerdotium xxvi. annum attigerint. Clericus quoq; qui ordinẽ noſtrum profeſſus non eſt, in obſequiũ Hoſpitalis non admittatur: niſi prius de ſacrorum ordinum receptione literas teſtimoniales, & authenticas demonſtrauerit.

De ornandis & reparandis Eccleſijs.

F. Philibertus de Nilliaco.

SAncimus ac decernimus quod Baiuliui, Priores, Caſtellanus Empoſtæ, Baiuliui Capitulares, cõmendatarij, & fratres qui regimẽ commendarum aut domorum ordinis noſtri tenent, eccleſias & oratoria reſtaurent, reparent, & manuteneant in debito & honeſto ſtatu: eaq; muniant & ornent libris eccleſiaſticis, ueſtimentis, calicibus, utenſilibus diuino uſui aptis, pro qualitate & conditione prouentuum dictarum commendarum & domorum. Ad ipſarum quoq; Eccleſiarum, et oratoriorum cultum & obſequium fratres 23.

capellanos honeſtæ uitæ: & ſi fratres capel lanos ordinis non reperirent: tunc capellanos honeſtos tã ſæculares q̃; regulares, quos habere potuerint, quouſq; copia fratrum capellanorũ affuerit, deputent & eligant: qui deuotè diuino officio uacent & intendant. Super quo exequendo Priores & Caſtellanus Empoſtæ tempus competẽs cõmendatarijs et fratribus aſſignent. Quod ſi facere recuſauerint, contra facientes fructibus cõmendarum & domorum priuati exiſtant, donec prædicta diligenter compleantur (Super tamen huiuſmodi redditibus arcto uictu, & ueſtitu ipſis reſeruato). Quòd ſi Priores et Caſtellanus Empoſtæ ſuper his diligenter prouidere non curauerint, tunc ipſorum proprijs expenſis ea exequi debeãt: quia ex officio ipſis incũbit, ſuper his diligenter uigilare.

De probis hominibus Eccleſiæ.

F. Iacobus de Milly.

24. STatuimus quòd per Magiſtrum & conci

lium ordinariũ duo Religioſi probatæ uitæ, & experti probi homines eligantur: & ex omnibus linguis, diuerſis tamen, deputentur: qui in comitiua Prioris eccleſiæ, uel alicuius Capellani idonei et probatæ ſufficientiæ, quẽ ad hoc eius loco Prior deputabit, ſumma cũ diligentia, cura, & ſollicitudine uideãt, perquirant, ſcrutenturq́; ſi in eccleſia Sãcti Ioannis ac capellis & oratorijs fiunt, & complentur ea quæ ad cultum diuinum ſpectant ſecundum maiorum inſtituta, tam ſpiritualia q̃; corporalia ipſius eccleſiæ, & capellarum concernẽtia. Defectus quoq; corrigãt & reparent. Inuentarium etiam & regiſtrum inſtitutionum, & fundationum capellarum, pariter prædiorum, poſſeſſionumq́; earundem, & omnium ornamentorum, bonorum quoq; mobilium & immobiliũ faciant & habeãt: Quod q̃dem inuẽtarium finito officij termino Magiſtro & concilio ordinario præſentabũt: ut ſucceſſoribus probis uiris conſignetur.

De his quoq;, quæ in officij exercitio compe-
rerint, quotuor temporũ Aſsembleis fieri ſo-
litis in anno, & de omnibus defectibus Ma-
giſtro & concilio ordinario relationem faci
ent: à quibus pro rerum exigentia prouidea-
tur. Termino unius anni dicti fratres dictũ
officium exercebunt: uel plus, ſi Magiſtro et
concilio expediens uidebitur. Et ut dicti pro-
bi homines liberius officio uacare poſſint, ad
manus Magiſtri retenti cenſeantur, & ex-
cubijs exempti ſint.

Quòd oĩa bona diuino cultui deputata in
ſpolijs fratrum reperta ad Eccleſiam
conuentus perueniant.

F. Ioannes Ferdinandus de Heredia.

25. STatuimus ut omnia bona ad diuinum cul
tum deputata ut calices uaſa argentea, au
rea ſeu deaurata, panni aurei, argentei, &
ſericei, & alia quæcũq; huiuſmodi in ſpolijs
fratrum noſtrorũ reperta tam citra q̃; ultra
mare decedentium perueniant ad eccleſiã no

ſtri conuentus, niſi priuatis Eccleſijs cōmendarum à Prioribus, Baiuliuis, uel cōmendatarijs cōſtante eorum uita adſcripta, & dedicata eſſent. Quo caſu in dictis Eccleſijs remanere uolumus, ac inuentarijs notari.

De munerib. per Priores Eccleſiæ offeren.

F. CLAVDIVS de la Sengle.

STatuimus quod Priores & Caſtellanus Empoſtæ, poſtq̄ electi uel promoti fuerint, & fructus unius anni Prioratus & Caſtellaniæ Empoſtæ perceperint, teneātur dare & offerre Eccleſiæ conuentus noſtri aliquod munus, quod non ſit minoris æſtimationis q̄ quinquaginta ſcutorum auri, quo tempore elapſo, ſi intra alios ſex menſes illud ad conuentum non miſerint, & probis hominibus Eccleſiæ tradiderint, cenſeantur debitores, ac ſi eam ſummam deberent communi noſtro ærario. 26.

Dies q̄bus frat. mantellū portare tenentur.

Idem Magiſter.

27. SEquuntur dies quibus fratres noſtri chlamydem ſiue mantellum portare tenentur. In uigilia Natiuitatis Domini ad ueſperas, eodem die Natiuitatis ad miſsam & ueſperas. Poſtero die S. Stephani ad miſsā et ueſperas. Sancti Ioannis ſequente ad miſſam. Circuncisionis Domini ad miſsā. Epiphaniæ ad miſsā. Purificationis Beatæ Mariæ ad miſſam. Dominica in ramis palmarum ad miſsam. Diebus Iouis, Veneris, & Sabbati Sanctæ hebdomadæ ad omnia officia. Die ſancto Paſchæ, & die poſtero ad miſſam et ueſperas. Aſcēſionis Domini ad miſſam. In uigilia Pentecoſtes ad ueſperas, & in ipſo die, & poſtero ad miſſam & ueſperas. In die Sanctæ Trinitatis ad miſſam. In uigilia corporis Chriſti ad ueſperas, & in die ad miſsam & ueſperas. In uigilia Sancti Ioānis Baptiſtæ ad ueſperas, & in die ad miſſam & ueſperas. In feſtis Inuentionis, et Exaltationis Sāctæ Crucis ad miſsam. In die Aſsumptionis Beatæ

Mariæ ad miſſam & ueſperas. In die decol lationis Sancti Ioannis Baptiſtæ ad miſſam. In die Natiuitatis Beatæ Mariæ ad miſſam. In feſto omnium ſanctorum ad miſſam & ueſperas. In commemoratione mortuorum ad miſſam. Et quandocunq; fratres ad Sacram Euchariſtiam accedunt. Item Capitulares in capitulis generalibus. Baiuliui conuentuales aut eorum locatenentes. Priores & Baiuliui Capitulares in Sgardijs & Aſſembleis xvi. Electores in electione Magiſtri. Qui contra fecerit pœnam qua-rantenæ ſubeat.